Queris si procuratores an
cuius persona sunt. et iste
dñus in conspectu cuius p
utrumque sine ita seu

# Articuli fidei.

190




[illegible]

1592.

Est Petri [illegible]

libri 4 in hoc volumine
continentur, quorum sin-
guli singulos habent
Auctores.

ARticuli fidei: bis ſex ſunt corde tenendi
Quos xp̄i ſocii docuerunt pneumate pleni
Credo deum patrem (petrus inquit) cuncta creantem
Andreas dixit. ego credo ieſum fore chriſtuȝ
Conceptum natum iacobus paſſumq; iohannes
Infera philippus fregit thomaſq; reuixit
Scandit bartholomeus: veniet cenſere matheus
Pneuma minor iacobus: ſymon peccata remittit
Reſtituit iudas carnem: vitamq; mathias
Hec eſt catholica: ſincera fides ⁊ amica
A chriſto lata per diſcipulos publicata
Signis firmata diuina lege probata.

¶ Decem ſunt precepta legis

Unum crede deum ne iures vana per ipſum
Sabbata ſanctifices: et venerare parentes
Non ſis occiſor: fur: mechus: teſtis iniquus
Viciniq; thorum: reſq; caueto ſuas

¶ Tria ſunt precepta iuris.

Ius mandat cuiq; ꝙ viuat ſemper honeſte
Et nullum ledat: cunctis ſua iuraq; reddat
¶ Nota ꝙ oīa precepta reducuntur ad duo Verſus
Inde ieſus cuncta: precepta reducit ad iſta
Dilige corde deum: toto ſuper omnia verum
Dilige quemcunq;: ſicut te diligis ipſe
Iſtud complete: pandunt lex atq; prophete
Sic non offendas: dominum fratrem neq; ledas
Semper gaudebit: domini qui iuſſa tenebit
Sed male peccabit: qui iuſſa dei violabit
Nota ꝙ ſūt tria pctā in gñali. ſ. originale: veniale: ⁊ mort
Oīa peccata triplici ſunt numine dicta (le. Ver
Eſt quoq; peccatum: nobis ab origini natum
Eſt graue mortale: leuius fertur veniale
¶ Nota ꝙ pctm̄ originale ꝑ baptiſmū purgat. Et quo
cunq; aliud ante factum. Verſus
Cum baptiſamur: ab origine purificamur

Necnon peccato quodcunqꝫ ſit ante patrandum
Sed cum peccamus grauiter poſt nos maculamus.

De ſeptem peccatis mortalibus. Verſus.

Dic michi ſaligia que ſunt peccata cauenda
Sunt tumor/accidia/gula/luxuries/ſimul et ira.
Liuor/auaricia/ſeptem mortalia dira
Septem peccata necis:hec ſunt intitulata
Que ſunt vitanda:cum ramis atqꝫ nephanda.

Quare dicuntur peccata mortalia Verſus.

Hec mortalia ſunt quia tanq̄ mors nimis obſunt
Quoduis mortale:vicium ſit perniciale
Nam moriens vicio mortali perditur vno.

Sequitur de peccato ſuperbie.

Et p̄rio q̄d ſit ſupbia?eſt animi elatio vicioſa q̄ iferiorē deſpiciēs ſupiorıbꝰ ⁊ maiorıbꝰ ſatagit dn̄ari. Verſꝰ
Cetera cum ſupero memet tranſcendere quero.

| | | |
|---|---|---|
| Sex ſunt rami ſupbie | Inobediētia | Contemptio |
| | Iactantia | Preſumptio |
| | ypocriſis | Pertinacitas |

Iactans ypocrita contemnens miſſa negansqꝫ
Preſumens pertinax dicitur eſſe ſuperbus

Quid eſt inobedientia?eſt ſuo prelato vel ſuperiori in iunctis ⁊ licitis non parere vel obedire. Verſus.
Neſcio parere michi iuſſa recuſo tenere

Quid eſt iactātia eſt ai motꝰ q̄ q̄s mouet̄ i aío ſuo ad iactādū ſeu dicēdū ſe hr̄e qd̄ nō hꝫ:vl̄ feciſſe qd̄ nō fecit. Vſꝰ
Extollo verbis me magna loquendo ſuperbis.

Quid eſt ypocriſis?eſt aliquē ſe ſimulare exterius hr̄e vtutes q̄s hō hꝫ:vel alia multa bona q̄ i eo nō ſūt. Vſꝰ.
Qu[illegible] videor grata michi dat virtutes ſimulata.

Quid eſt cōtēptio?ē aliquē negligēter id qd̄ tenet̄ omittere vel que bona ſunt vilipendere. Verſus.
Hec parui repeto que meliora puto.

Quid ē p̄ſūptio:ē aliquē id qd̄ alior eſt ſibi ſpālis attribuere. Vſus.
Me credo tanti q̄ ſim par alti tonanti

¶ Quid eſt pertinacitas? eſt malefacta vel maledicta
propria poſſetenus ſuſtinere. Verſus
Nec male concepta mutabo nec male capta
¶ Ex quibus oritur ſuperbia.
Robor & ornatus: vox fama ſcientia virtus
Cenſus nobilitas: prelatio ſigna poteſtas
Hec ſunt que faciunt hominem plerunqꝫ ſuperbum
¶ Sequitur de pctō accidie. & prio qd ſit accidia eſt aī tor
por q̄ q̄s aut bona negligit ichoare aut faſtidit pficere:
Triſticiam genero: nil propter tedia quero. (Verſus.

| | | |
|---|---|---|
| | Sollicitudo | Deſperatio |
| Hex ſūt rami accidie | Vagatio mētis | Torpor |
| | Puſillanimitas | Rancor |

Sollicitus torpens deſperans mente vaguſqꝫ
Rancoremqꝫ puſillanimis tenet accidioſus
¶ Quid eſt ſollicitudo? eſt cum diligenti meditatione
que nocitura ſunt alteri excogitare. Verſus.
Sollicita curo quero que ſunt nocitura
¶ Quid eſt rancor eſt aī viciū quo quis hꝫ diſplicētiā
in corde ſuo erga aliquē de aliquo malo: & non pōt exco
gitare aliquod bonum illi. Verſus
Si quis me ledit nunꝗ̄ de mente recedit.
¶ Quid eſt puſillanimitas? eſt mētis anguſtia qua quis
timet aggredi magna. Verſus.
Nil poſſunt careo: fracta vigore meo.
¶ Quid eſt deſperatio? eſt obteneratio mētis qua quis
diffidit de miſericordia diuina. Verſus
Heu quia de ſe pro ſine ſpe ſemper ero.
¶ Quid eſt torpor? eſt tepiditas animi qua quis torpet
in illius rei execuione in qua dꝫ feruere. Verſ⁹
Non in virtutis amor eſt nec cura ſalutis.
¶ Quid eſt vagans mētis? eſt animi deſidia qua quis
de die in diem proponit corrigere vitam ſuam: & nō cor
rigit et negligens in cuſtodiendo mandata dei. Verſ⁹
Quos ſcio triſtari facio quoqꝫ mente vagari

¶Sequitur de peccato gule. Et primo quid ſit gula? Eſt ſolius corporis cauſa illecebroſus exceſſiuus auiduſq3 ci borum appetitus. Verſus.

Hec michi ſunt epule: que ſcio grata gule.

¶Primus ramus eſt qñ aliquis comedit ante horaz de bitam: vt puta nimis mane comedere: vel anteq̄ dixerit horas: vel anteq̄ fuerit in miſſa diebus feſtiuis.

¶Scd̃s ramus eſt qñ aliqͣs ſepi⁹ comedit q̄ debeat ſine cauſa: q2 ſemel comedere in die ē vita angelica: bis cōede re ī die eſt vita hūana: ter cōedere ī die eſt vita beſtialis.

Qui ſemel eſt iuſtus: qui bis viuit: beſtia qui plus.

¶Terti⁹ ramus eſt qñ aliqͣs nimis bibit aut comedit: ita ꝙ peius eſt ei: vel q2 ex hoc ebri⁹ fit: vel infirm⁹ iacet

¶Quartus ramus eſt quando aliquis nimis auide co medit: et non bene maſticat eſcam ſuam

¶Quint⁹ ram⁹ ē qñ aliqͣs nimis eſt delicioſus ī cibis ⁊ potationib⁹: nec recuſat ꝓ ſuo corpe emere nimis delicio ſa qͣbus poſſet ſubuenire mult̄ paupib⁹ in groſſis cibis.

¶Sext⁹ ramus eſt qñ aliquis delectatur in diuerſitate ſaporum: vel eſcarum ⁊ in abundantia earum.

¶Nota ꝙ ꝑ iſtd̃ metrū ſex rami gule habent Verſus.

Pre/propere/laute/nimis/ardenter/ſtudioſe.

¶Sequitur de peccato luxurie.

Et primo quid ſit luxuria? eſt incontinētia corporis ex pruritu libidinis naſcens. Et dicitur luxuria: q2 ſolz ꝓ uenire ex luxu cibi et potus: vel alteri rei. Verſus.

Seruio nec veneri: ꝙ honeſta recuſo videri.

| | | |
|---|---|---|
| | Fornicatio | Inceſtus |
| ¶Sex ſūt rami luxurie | Stuprū | Raptus |
| | Adulteriū | Pctm̄ ꝯtra naturā |

Luxurie ſpecies recte nos dicimus has ſex.

Inter non nuptos proprie fornix fore fertur.

Stuprum cauſatur cum virgo nolens violatur

Coniugis alterius violatur fertur adulter

Cum ſibi cognatis inceſtus vel monialis

Raptus cum rapitur: ac opprimitur violenter
Contra naturam peccat ſodomita nephandus
Nota q̄ actus veneris eſt ſemper nociuus Verſus.
Actus carnalis eſt ſemper pernicialis
Demptis coniugibus quibus conſenſus eſt honeſtus
Nota q̄ q̄nq; mōis p̄t peccare vir cū cōiuge ſua. V̄ſus.
Quinq; modis peccat cum coniuge ſepe maritus
Tempore: mente: modo: conditione loco.
Nota q̄ pollutio nocturna aliā ē pcm̄: ⁊ aliā nō ē pcm̄ V̄ᵉ
Crapula: p̄meditatio: lāgor: ⁊ hūor: abūdās: loca: ⁊ tp̄s
In ſomniis maculant extrema duo ſine culpa
Nota q̄ hō p̄t vitare venerē parce viuēdo fugiēdo ocia.
Subtractis lignis: ardens extinguitur ignis
Sic carnis motus: demendo fercula potus
Ocia tollendo: loca tempora prompta cauendo
Vix homo fit caſtus: requieſcens et bene paſtus
Scripture ſtudia ſacra per amando ſequaris
Sic carnis vicia non perficies nec amabis
Nota q̄ homo debet eſſe caſtus et continens.
Deſpice vetorem veneris: ſeruando pudorem
Si bene contineas te plebs et chriſtus amabis
Sed ſi luxuries chriſtus te plebs reprobabit
Ergo ſis caſtus: ſemper necnon moderatus;
Sperne voluptates carnis cole ſobrietatem
Captiuant animas requies carniſq; voluptas
Caſ⁹ quibus hō/ p̄t reddere debitū ⁊ q̄rere ⁊ non peccare
Feſta ſacerq; locus ieiunia menſtrua partus
Si petis hec peccas reddis quandoq; licenter
Seq̄tur de peccato ire: ⁊ primo quid ſit ira: eſt ſtrictus animi furor excitati vlciſcendi libidine naſcens. Verſ⁹
Nulla fugit dira mea mens: ſeuit in ira

| | | |
|---|---|---|
| | Blaſphemia | Indignatio |
| Sex ſunt rami ire | Rixa | Contumelia |
| | Tumor mētis | Clamor |

Sex ſpecies ire blaſphemia rixa tumorq;

Indignans contumax clamans ſit ſimul ira.
Quid ē ira: eſt ire motus in iniuriā vel diſcordiā fa-
cti ꝑ quē hō ſepe cauſat contentiōes ⁊ lites Verſus.
Sepius immites genero per iurgia lites
Quid ē clamor: ē vbis acerbis ꝑteruis ſilētiū corrūpere
Pacem corrumpo: clamore ſilentia rumpo
Quid ē idignatio: ē alicui bñficiū loquele denigrare.
Hic non dignatur: vt verba benigna loquar [Verſus
Quid ē cōtumelia: ē i vba iiurioſa ⁊ ihoneſta ꝓrūpere
Ira mente dum vincor mordeo dente, (Verſus.
Quid ē blaſphemia: ē ↄtra deū vba cōtumelioſa ꝓferre
Morem ſeruo meum: dum maledico deū Verſus.
Quid ē tumor mētis: ē qñ ex nimio furore mētis hō tacet
Interius mentem tacite facit ira tumentem Verſ⁹.

¶ Sequitur de peccato inuidie.

Et primo quid ſit iuidia: eſt dolor de aliena felicitate na-
ſcens animam torquens. Verſus
Proſpera cum video: protinus inuideo

| | | |
|---|---|---|
| | Odium | Suſurratio |
| Sex ſūt rami iuidie | Detractio | Exaltatō i aduerſis pxi |
| | Diſcordia | Afflictus i pſpis ꝓximi |

Proſpera ſiet: gaudet de damnis inuidus omnis
Detrahit ⁊ pariter diſcordat odioqȝ ſuſurrat
Quid eſt odiū: eſt inueteratus animi rancor: ⁊ naſcit
ex ſupbia qñ hō inuidus nō vult habere parē ſibi: imo ſi
aliter eſt altior ipſo ⁊ habet eum quaſi odio. Verſus.
Eſt michi ſolus amor: quo nec amor
Quid ē detractio: ē aliena bona denigrare vl' iuertere.
Detraho directe: ſi quid aliquid puto recte Verſus.
Quid ē diſcordia: ē aliqꝫ diſſētio qs pxi⁹ amoris vinculū
Conſona diſcordare facit diſcordia conda (alligauit
Quid ē ſuſurrat⁹: ē iter amicos diſcordiā ſemiare. Vſ⁹
Laudo nimis plene murmuro facta bene.
Quid eſt exaltatio in aduerſis proximi: eſt quādo hō le-
tatur de malo alterius vt inde eius ipedimēto Verſ⁹.

Nunq̄ iactura cuiuſlibet eſt michi cura.

¶ Quid eſt afflict⁹ in proſperis proximi: eſt de vtilita te: vel de ꝑmotione alicui⁹ iuſtitiā haberi. Verſus.

Eſt animi pena: michi proſperitas aliena.

¶ Sequitur de peccato auaricie.

Et primo quid ſit auaricia: eſt aliena bona rapere: et ſuperflua pauperibus non erogare. Verſus.

Eſtuat in cupido: per me ſum lege cupido.

| | | |
|---|---|---|
| ¶ Sex ſunt rami auaricie | Periuriū | Rapina |
| | Furtum | Symonia |
| | Vſura | Proditio |

Crimen auaricie: periuria: furta: rapina.

Fenu ſymonia: diſtingunt proditioq̄.

¶ Quid ē ꝑiuriū: ē mēdaciū cū iuramēto firmatū. Vſ⁹

Nunq̄ eum iuro: bona veris addere quero.

¶ Quid ē furtū: ē latēs vſurpatio rei aliene inuito dn̄o.

Qui rem furtiue tollit parat ille ſibi ve. (Verſus.

¶ Quid eſt rapina: ē violentia ꝑdatio rei aliene. Vſ⁹.

Viribus obtineo: non mea more meo.

¶ Quid eſt vſura: eſt ſtudioſa cupiditas aliquid recipiendi ſupra ſortem. Verſus.

Lucris vſure: ditari ſit michi cure.

¶ Quid eſt ſymonia: eſt ſtudioſitas volūtas emēdi: vl' vēdēdi aliq̄d ſpūale: vel annexū ſpirituali. Verſus.

Vendere non timeo: que fiunt grata deo.

¶ Quid eſt ꝑditio: eſt aliquē fingere diligere: et ſibi documenta querere. Verſus.

Hunc me diligere ſtimulo cui quero nocere.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Supbia | Leoni | Auaricia | Camelo |
| Quib⁹ ꝯpant' | Inuidia | Cani | Gula | Vrſo vl' hirco |
| pctā mortalia | Ira | Lupo | Luxuria | Cōpant' porco |
| | Accidia | | Aſino | |

Inuidus eſt catulus: et hircus luxurioſus
Eſt aſinus piger: eſt leo conditione ſuperbus
Iracundus erit lupus: vrſus eritq̄ guloſus

Sed de natura datur: eſſe camelus auarus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Superbia | Hūilitati | Gula | Sobrietati |
| Quib⁹ ꝯtrariāt | Accidia | Diligētie | Inuidia | Pietati |
| pctā mortalia | Luxuria | Caſtitati | Auaricia | Largitati |
| | Ira | | Patientie | |

His humilis: caſtus: miſerator ſis quoq; fortis.
Sobrius: et largus: dilectus cuilibet eſto.
¶ Sequitur de peccato veniali. Et primo vñ dicitur.
Dicitur a venia: veniale cito ſibi danda
Multis nanq; modis: dominus veniale remittit.
¶ Nota q̄ tridecim modis deus remittit pctm̄ veniale.
Confiteor/tondo/reſpargor/conteror/oro
Ungor/conuertor/patior/ieiuno/remitto
Signor/edo/dono mala/ſic venialia pono.
¶ De ſententia excommunicationis que fugienda eſt.
Tanq̄ peccata: ſemper fugias anathema
Hic patitur damna: qui maius fert anathema
Hic non eligitur: nec eligit et prohibetur
Eccleſie porta: communio ſic ſacramenta.
Traditus eſt ſathane: precibus caret eccleſieq;
Ac ſibi legitimus: prohibetur quilibet actus
¶ Nota q̄ hō nō dꝫ cōuerſari cū excōicatis. Verſus
Nunq̄ participes: his quos anathema cohercet
Qualicunq; modo niſi caſu iure remiſſo.
¶ Caſus q̄bus hō pōt cōuerſari cū excōicatis. Verſus
Coniunx et nati: famuli qui debita querunt
Ignorans ſuper his: et decens vtile menſis
Et qui vitare nequit: hos vrgente neceſſe
Participant iure: ſtrictus anathemate tute.
¶ De pctis cōtra ſpm̄ ſanctū q̄ ſunt ſex. Verſus.
Qui peccat nimium: preſumēs de pietate
Vel qui deſperat: de diuina bonitate
Aut induratus: non ceſſat ab impietate
Et qui fratris odit: virtutes improbitate
Impugnans verum: certus ſine commoditate

Qui non ſine dolet de culparum grauitate
Contra pneuma ſacrum peccat ſpꝛeta deitate
Que pꝛime quinqꝫ culpe vix ſunt reuelate
Sexta caret venia quia coꝛruit immediate

¶ Sequitur de peccato gule

Stringe tuam linguam:ne mentem reddat iniquam
Lingua cito ledit et leſio raro recedit
Eſt vir perfectus lingua nunq̄ male fretus
Qui male loquitur magna virtute potitur
Linguam frenare:plus eſt ꝙ caſtra domare
Ne repꝛehenderis:caueas ne multa loquaris
Qui multum fatur nunq̄ ſapiens reputatur
Eſt homo linguoſus:vicinis pernicioſus
Eſt tibi damnoſus:ſociis pꝛopꝛiis odioſus
Contra te iactas:ſi te de crimine iactas
Si temet laudas:te chꝛiſti numine fraudas
Nunq̄ contendas:te trenes:te repꝛehendas
Sepius offendit:qui ſemet non repꝛehendit
Non ſis detractoꝛ:nec rumoꝛum nouus actoꝛ
Non accuſabis:falſe nec murmur amabis
Non ſis defenſoꝛ:peccati ſiue recenſoꝛ
Non diffamabis alios:nec vituperabis
Si diffamari non vis vel vituperari
Nunq̄ ſis cenſoꝛ temerarius aut repꝛehenſoꝛ
Iudicium quale facies dabitur tibi tale
Non aliis dicas ſecretum:nec male dicas
Blandus adulatoꝛ:non ſis nec conuitiatoꝛ
Non diſcoꝛdatoꝛ fratrum non impꝛoperatoꝛ
Non blaſphematoꝛ:irriſoꝛ ſiue minatoꝛ
Non ſis ſcurrilis:vel rebellis ſiue bilinguis
Turpia colloquia vita velut acta maligna
Coꝛrumpunt moꝛes ſermones deterioꝛes
Nunq̄ pꝛomittas:ni pꝛomiſſum dare credas
Nam ſi pꝛomiſſum non des tunc perdis amicum
Pꝛomiſſoꝛ mendax reputatur deniqꝫ fallax

Nunq̄ ſis mendax:nec vani loquax necꝫ fallax
Non ſis verboſus iactatoꝛ nec litigioſus
Noli iurare:niſi ſit res debita quare
Debet et hoc eſſe verum licitumqꝫ neceſſe
Serua iurando:quid:quare:quomodo:quando:
Nam ſi periures penas referes tibi plures
Sit ſermo veſter eſt eſt:non non homo fines
Iſtos tranſiliens non erit abſqꝫ malo
¶Triplex eſt hoſtis hois ſcꝫ demon:caro:mūdus. Vſꝰ
Triplex eſt hoſtis hominis demon caro mundus
Non faueas iſtis vt ſis a crimine mundus.
¶De modo vitandi tēptationes et pctā. Verſus
Vt mala deuites aliquid fac ocia vites
Nunc age:nunc oꝛa:lege nunc vaga nulla ſit oꝛa
Cerne deum qui te ſemper ſpeculatur vbiqꝫ
Qui mala vix celat ſed pugnit et ipſa reuelat
Nil eſt tectum quin ſit quandoqꝫ repertum
Pꝛoſpice ꝙ nulla ledunt dominum niſi culpa
Inſpice fetoꝛem culpe peneqꝫ doloꝛem
Cerne quot et quanta:peccatum dat tibi damna
Obſta pꝛincipiis:quia tunc vicitur hoſtis
Quando nimis creſcit:ignis vix flamma quieſcit
Vt vincas ſoꝛtem chꝛiſti bene reſpice moꝛtem
Cum male delinquis:iterum chꝛiſtum crucifigis
Inſpice ſanctoꝛum: necnon exempla reoꝛum
Gloꝛia pꝛo meritis iuſtis:mala dantur iniquis
Inſuper et ſtellam:de noctu cerne nouellam
Noſtram tutricem:ſanctam domini genitricem
Sepe ſalutando deuotus atqꝫ rogando
Vt te defendat:a demone quam repꝛehendat
Dic me virgo pia:ſemper defende maria
Hec tibi pꝛeſtabit virtutem teqꝫ iuuabit
Hoc eſt expertum per multos ſepe repertum
Sequitur de meditatione moꝛtis Verſus
Vt poſſis ſtare pꝛopꝛiam moꝛtem meditare

Cerne quod ignoras: loca tempus mortis ⁊ horas
Et ꝙ damnaris: ſi cum culpa moriaris
Lucem iudicii: magni perpende futuri.
Qua reprobis ire dabitur: iuſtiſqꝫ venite
Inferni penas: penſa ſimul atqꝫ cathenas
Que peccatores: torquent cumulando labores
Igne/gelu/vermes/tenebris/fletus ſine fine
Pro vili cauſa: reus eſt ſemper ſine pauſa
Cerne diem mortis: que pulſat ad hoſtia foris
Quod quanti ſubito: moriuntur ſepe memento
Cerne domum celi: ne perdas turbine teli
Sacre ſcripture: ſtudium ſubſit tibi cure
Sanctos ſectare: prauos noli ſociare
Senſus frenare: ſatagas carnemqꝫ domare
Vinum ſumendo: ſis ſobrius et comedendo
Et loca prompta malis: fuge ne ſis pernicialis
Crimina vitabis: hoſteſqꝫ tuos ſuperabis.
¶ Sequūtur verſus ꝙ ſi recte legent virtutes notificāt
ſi vero retrograde legeris vicia demōſtrant. Verſus
Rectifice lege: metrifices non ordine verſo
Tendito directe: nec lege retrograde
Tu tibi diſplicias: nec pompam dilige nullam
Sperníto nec laudis: ſis tibi precupidus
Tu bona diligito: ne rodito proſpera cela
Turpia nec fratris: tu probra nudifices
Cor tibi mitifica: nec bellum querito rixas
Deſpice nec motus: ſit tibi predo minans
Da tibi nec propria teneas: ſed munera larga
Fundito tu gazas: nec bona concumules
Sollicitus bene ſis: nec ſomnum dilige vita
Ocia ne teneat: te pigra mollicies
Delicias fuge: nec facies te dulcia ſperne
Pocula nec carnem reprimat ingluuies
Mundiciam gere: nec macules te lubrica mundi
Reſpue nec vanis ſubiaceat tua mens

Recte metra lege tali ſaluabere lege
Retrogradeq; legas te ſic ad tartara legas.
¶ Tres ſunt virtutes theologie: ſpes: fides: charitas. et
quatuoꝛ cardinales: ſcilicet pꝛudentia: iuſtitia: foꝛtitu-
do: et temperantia. Verſus.
Septem virtutes habeas: aduerſa reſentes
Eſto fide firmus: ſpe rectus: amoꝛ leuatus
Pꝛudens et iuſtus: animo foꝛtis moderatus.
¶ Septem ſunt dona ſpiritus ſcti: ſcʒ timoꝛ: pietas: ſciē
tia: foꝛtitudo: conſiliū: intellectus: ⁊ ſapiētia. Verſus.
Donis repleri pꝛocura flaminis alm i
Eſto timens pius atq; ſciens: foꝛtis bene conſul
Hinc intellectus: ſapientia dona dei ſunt.
¶ Septem ſunt pꝛemia ſeu beatitudines Verſus.
His bene donatus: vt ſis in fide beatus
Sis pauper mitis flens ſitiens miſeratoꝛ
Mundus: pacificus: patiens: eſt ille beatus
¶ Septē ſūt retributiōes dictaꝝ beatitudinū. Vſus.
Pauper enim regnat: mitis poſſeſſoꝛ abundat
Flens conſolatur: iuſtum ſitiens ſatiatur
Sit pietatis atq; pii dominum munduſq; videbit
Eſt quoq; pacificus domini pꝛoles et amicus
¶ Septē ſunt opera miſericoꝛdie coꝛpalia. Verſus.
Septem coꝛpoꝛea fac pauperibus pie facta
Paſce fameſcentes: pota ſitientes
Indue nudatos: redimas a carcere captos
Egros confoꝛta: peregrinos collige poꝛta
Defunctos ſepeli: ſic ſumes gaudia celi.
¶ Septē ſunt opera mīe ſpiritualia Verſus.
Septem fac opera: pia ſpiritualia dicta
Coꝛrige peccantes: ac inſtrue pauca ſcientes
Conſule non doctis: exoꝛa pꝛo tribulatis
Confoꝛta meſtos: poꝛta patiens oneroſos
Offenſos ſponte: ledenti coꝛde remitte.
¶ Septem ſunt ſacramenta eccleſie. Verſus

Ordo:coniugium:fon s:confirmatio panis
Vnctio poſtrema:confeſſio ſunt ſacramenta
Ordo baptiſmꝰ ⁊ cõfirmatio nõ dñt iterari: ſꝫ cõfeſſio
cõiugiũ ſacrm̃ euchariſtie vnctio poſtrema bñ iterantur
Ordo baptiſmus confirmatio non iterantur [Vſus.
Cetera que reſtant iterari non prohibentur
De ordine debemus tenere in confitendo.
Vt reminiſcaris hoc ordine confitearis
Dic de criminibus:mortalibus et ſpeciebus
Dic de mandatis domini per te violatis
De male preceptis:dicas etiam ſacramentis
Si contempſiſti virtutes vel caruiſti
De ſeptem factis pietatis dic male factis
Dic ſenſus quinqꝫ:nec cetera mẽbra relinque
Dic bene quecunqꝫ mala feceris ac vbicunqꝫ
In factis dictis conſenſu ſiue relictis
Que non dixiſti dudum:dic ſi recidiſti
In graue peccatum:per te dudum recitatuꝫ
Res circunſtantes:dicas peccata grauantes
Iſta grauant vicium dignus ſtatus reſiduum
Conditio numerus:locus ordo ſcientia tempus
Copia cauſa mora:modus etas lucta puſilla

Septem ſunt ordines. Verſus.

Ordo ſeptenus eſt claro numine plenus
Tres ſunt maiores:ſub his duo ſunt minores
Janitor eſt primus:lector vult eſſe ſecundus
Exorciſta ſub hinc acolitus ſibi nubit
Subleuita ſubeſt:leuita ſacratior hoc eſt
Septimo collatus:eſt ordo preſbiteratus
Nota ꝙ hõ exiſtẽs i ſacris tenet ad horas canonicas.
A ſacra promotus debet necnon titulatus
Horas quotidie ſeptenas dicere rite
Vt collaudetur chriſtus mors et morietur
Nota quo tẽpore debeat fieri mr̃imoniũ ⁊ ꝙ nõ. Verſꝰ
Aduentus differt ſponſos felix quoqꝫ confert

Heptuageſima negat: paſche lux noua relaxat
Letania vetat: ſed trinum numen adimat.
¶ Caſus reſeruati epiſcopo
Qui facit inceſtum deflorans ac homicida
Tranſgreſſor voti periurus ſacrilegusqꝫ
Sortilegus patrum percuſſor vel ſodomita
Et mentia fides faciens incendia prolis
Oppreſſor blaſphemus hereticus omnis adulter
Pontificem ſuper his adeat clerum ferienſqꝫ
¶ Caſus reſeruati pape.
Per papam feriens clerum falſarius vrens
Soluitur: ꝛ quiſquis audet celebrare ligatur
Simon ſi fuerit: ſed fallit regula talis
Impubes: monachus: mulier vetulus: quoqꝫ pauper.
Janitor hoſtilis tu reuelabis eos
Quib⁹ caſib⁹ ꝑcutiēs cleꝝ nō icurrit ſētiā excōmunica-
Percutiens clerū ſine pena caſibus iſtis [tiōis. Vſ⁹.
Ludens ignorans te defendendo docendo
Prelati iuſſu: ſi premonitus ferat armat
Si cum coniuncta michi repertero muliere
¶ Quiqꝫ ſunt pctā clamātia vindictā ad dn̄z. Verſ⁹.
Clamant ad dominum de terra crimina quinqꝫ
Vſura ꝛ ſodomita merces homicidaqꝫ preda
¶ Impedimenta confeſſionis. Verſus.
Spes longe vite pudor et timor ypocriſiſqꝫ
Impediunt vt non confiteatur homo;
¶ Vtilitas confeſſionis. Verſus
Sordibus imbutum q̄uis mala queqꝫ ſecutum
Vera facit tutum confeſſio dans ſibi ſcutum
Et tribuit vires confeſſione recidiuet
Et iam ſecurus fit ei confeſſio murus
Cōſideranda circa quodlibet peccatum Verſus.
Cur quid vbi quotiens ꝛ coram quo quomodo quādo.
¶ Caſus licite iurandi
Pax et fama: fides reuerentia: cautio damni

Defectus veri poſſant ſuarando teneri.

¶De modo dicendi horas — Verſus

Clerice pauſando: dic horas non properando
Dicas attente: dic totum ſupplice mente
Dic iuxta morem: primo dicaſq; priorem
Cum domino loqueris orans non ergo vrgeris
Qui bene non dicit horas: deus hunc maledicit.
Sincopa vetitur: verſus non anticipetur
Donec finitus omnino: ſit bene primus.
Scribit defectus horarum demon ineptus
Quotidie multos valet ex his ſcribere libros
Cor ſurſum teneas: vbi ſunt que poſcere curas
Si non attendis que dicis: te reprehendis
Vix deus exaudit: illum qui cor ſibi claudit
Quando rogas ore ſimul ora ſupplice mente
Vt quod profertur lingua: bene cor meditetur
Cum domino pſalles: pſallendo tu tria ſerues
Dirige cor ſurſum bene profer reſpice ſenſum.
In templo vanum fuge cantum dilige planum
Non clames tantum q̄ cogaris linquere totum
Vos qui ſeruitis chriſto ſeruire ſtudete
Quod memores ſitis hos verſus ſepe videte
Pſallite deuote diſtincte metra tenere
Vocibus eſtote concordes vana cauete
Nunq̄ poſterior verſus prius incipiatur
Quemuis anterior perfecto fine fruatur
Qui pſalmos reſecat et ſua verba necat
Nil plus inde feret q̄ ſi ſua lingua taceret
Tu quicunq; chriſto: chriſti famularis honori
Non ſis mente foro: ſed mens tua conſonet ori
Eſto choro totus intentus pſallere chriſti
Laudes deuotus cui te totum tribuiſti

¶Imprime a paris par maiſtre Nicole de labarre pour Jehan petit libraire demourant a Paris en la rue ſaint Jaques a lenſeigne du lyon dargent.

CB 1001965580
44899
12°